

1483

C O D I C E S

1484

CCCXCVII.

933 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 304. 4. priore sui parte minutius, altera luculente exaratus I. exhibet *Job. Wiclefi Expositionem in Apocalypsin*, ut relata est *Cod. praeced.* cum eadem alterius manus superscriptione: *Jo. Wiclef in carcere anno 1390. ut ibi. Qua de re mentem meam aperui. Initium: Opus arduum valde Apokalippsim videlicet domini nostri ihesu christi &c. Et finis: finaliter triumphabit.*

II. fol. 135. ἀνεπίργαφος Tractatus in *Capita LXXXV.* tributus de corrupta Sacerdotum vita, cuius initium: *Audite hec sacerdotes et attendite domus israel — Osee 5. Notanter dicit hic propheta sacerdotes esse laqueum factos speculationi &c.* Folio Codici praefixo adscriptum legitur: *Opus arduum super apok. De abominatione.* Quod ne quem in errorem inducat, toto *Codice* non nisi unicum Opus contineri, norit Tractatum nunc memoratum inscribi *de Abominatione* et impressum haberi T. I. *Opp. Hussi* edit. 1715. p. 473. referendum tamen potius videri ad *Job. Wiclefum*, ut *Cod. CCCCVIII.* declaratur. Finit ille in *Codice* praesenti: *Et protestor, quod ista, que sunt hic posita et alia mea dicta et facta humiliter subicio cum omni obedientia filiali sancte Vniuersali ecclesie puta ecclesie Romane et ipsius correctioni et emendationi in omnibus et singulis per me uel factis aut in posterum faciendis &c. Si*

cut deus benedictus in fs. fs. Explicit liber de abominacione. At vero Editores refecandum censuere *roputa ecclesie Romane*, et *Capita* titulis ornanda nec fatfinceris, et odio Pontificis Rom. fortasse praeter Autoris mentem, turgidis, qui si adlata mox Protestatione nugari voluit, aut mentem postmodum mutavit, ad eum pertinet, cui *Servus stat, aut cadit.*

Praetextum est *Codici* Folium continens Versus 19. e *Coelii Sedulii Operis Paschalis* L. II. Sec. XIV. scriptos a v. *Orba super gelidum &c.* usque ad v. *Quem matris dum ventre &c.* quod Fragmentum collatum cum Textu *Sedulii* in *Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 463.* probabiles duas emendationes offert, videlicet: *Qui sancta piacula semper suscipit*, pro *pericula*, et: *Sex quasi lustra gerens*, pro *ἀλογω Sed quasi.* Subtextum vero *Codici* folium exhibet jocosum et familiaria *Martini* cuiusdam *Turnoviensis* (Zturnowa) Epistolion ad quendam Magistrum *Gallum* (Hawel) vetere et proba lingua *Bohemica*, solidaque Orthographia sub initium Sec. XV. ut videtur, exaratum, quo cum Amico de recens nata ei prole nugatur, *Wiclefistasque* Puellis metuendos perstringit.

CCCXCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 885 XV. Folior. 151. f. maximam partem per duas columnas scrip-